

Stephanus Galdeti

Positio Barbe

Editor: Alexandra Baneu

work in progress
22.07.2024

Manuscripts:

P1 Paris, BnF lat. 16408

P2 Paris, BnF lat. 16409

Project NOTA-ERC

|| Positio Barbe

Utrum primum necesse esse per suum agere possit unam rem in aliam convertere. In hoc dubio videndum est primo de primo necesse esse, secundo de ipsius agere, tertio de ipsius posse.

5 Circa primum pono tres propositiones. Prima propositio sit ista: claudit contradictionem in re primum necesse esse habere negationem sibi oppositam. Probatur, quia, si sic, hoc esset Deum non esse, sed hoc claudit repugnantiam in re, cum sit impossibile implicans utramque partem, et sic poneret affirmationem sibi oppositam. Confirmatur et
10 quero a quo esset Deum non esse. Vel ex se vel ab alio. Si ex se, igitur Deum non esse esset ita necesse esse sicut Deum esse. Si ab alio, et non potest esse nisi a primo necesse esse, igitur primum necesse esse faceret quod necesse esse esset || impossibile esse.

P2 53r

15 Ex hoc sequitur quod claudit contradictionem in re ponere negationem immensam, ymo negatio totalis entitatis foret maior, cum nulla possit esse nisi illa que opponeretur primo necesse esse.

Secunda propositio: ex quolibet gradu essendi futuro sequitur primum necesse esse. Probatur sic: sicut impossibile est numerus esse quin sit unitas et replicetur numerus per unitatem, ita impossibile
20 est aliquem gradum entis esse nisi per replicationem primi necesse esse. Constat autem quod quilibet numerus infert replicari unitatem, igitur quilibet gradus essendi infert primum necesse esse. Hec apparet per LINCONENSEM in *De angelica ierarchia*, capitulo secundo, ubi declarat quomodo nedum entia ymo non entia clamant Deum esse
25 naturali evidentia, sicut effectus infert suam causam.

Ex hoc infero quod falsa et erronea clamant Deum esse sicut antecedens infert suum consequens et quod necessaria consecutive sequitur.

30 Tertia propositio: primum necesse excludit totam latitudinem contingetis possibilis. Probatur consequentia, quia si includit intrinsece latitudinem entis possibilis, ipsum posset non esse, quod claudit contradictionem per primam propositionem.

Infero quod claudit contradictionem plura necesse esse eque prima.

4 tertio] tertius P2 posse] passo P2 5 circa primum] primus articulus *add.*
in marg. P1 prima propositio] prima propositio *add. in marg. P1* 12 igitur]
Deus *add. sed del. P1* faceret] facere P2 14 ex hoc sequitur] corollarium
add. in marg. P1 15 ymo — maior] *in marg. P1* 17 secunda propositio]
secunda propositio *add. in marg. P1* 18 esse¹] *sup. lin. P1* sicut] *sup.*
lin. P1 26 ex hoc infero quod] corollarium *add. in marg. P1* 29 tertia
propositio] tertia propositio *add. in marg. P1* 33 infero quod] corollarium *add.*
in marg. P1 claudit] *p. c. P1*

Probatur sic: sicut impossibile est duos numeros esse eque imperfectos, ita impossibile est duos gradus essendi esse equaliter perfectos. Sed primum est impossibile, igitur secundum.

Secundus articulus

5 Circa secundum, scilicet de divino agere. Prima propositio est ista quod primum necesse esse per suum agere non potest esse forma constitutiva intrinsece alicuius rei tertie. Probatur sic, nam tunc constitutum ex deitate et creatura esset tam perfectum sicut deitas. Haberet enim deitatem formam sui essentialem que non potest esse remissus actus vel forma alteri, quam sit in sua natura, sed tale compositum esset realiter distinctum a deitate, ergo aliquid distinctum a deitate esset ita perfectum essentialiter sicut deitas. Confirmatur: tale compositum esset contingens et non per se necesse esse et esset dependens || a partibus componentibus, ergo non esset ens universaliter perfectum. P2 53v

15 Infero quod impossibile est aliquam formam esse constitutivam et non esse simpliciter dependentem. Probatur, nam omnis forma subsistens non propria subsistentia, sed aliena est alico modo dependens, sed omnis forma constitutiva est huiusmodi, nam ordinatur ad ulteriorem unitatem in tertio in quo ultimate subsistit.

20 Secunda propositio: primum necesse esse per suum agere non potest formam accidentalem communicare alicui subiecto vel materie per modum forme alicuius rei tertie distincte constitutive. Probatur sic: quolibet forma de genere accidentis est alicuius substantie velud proprie subsistentie, ergo ultra hoc forma concurret ad constitutionem tertii simul cum subiecto, sequitur quod tale tertium erit subsistentia utriusque eo quod partes sunt in potentia in toto et participant esse totius.

25 Infero quod non est possibile aliquam formam de genere accidentis esse alicuius entitatis partialem essentiam. Probatur sic: si albedo gratia exempli informans subiectum est partialis forma alicuius, et non subiecti, cum non sit pars subiecti, igitur utriusque, igitur substantia subsisteret ultimate per tertium dictum, et sic substantia subsisteret per accidens.

Tertia propositio quod primum necesse esse per suum agere

4 secundus articulus] *iter. in marg. P1* 5 prima propositio] *iter. in marg. P1*
7 nam tunc] *sup. lin. P1* 12 perfectum] *et add. sed del. P1* 16 infero quod]
corollarium *add. in marg. P1* 18 aliena] *sed add. sed del. P1* 21 secunda
propositio] *add. in marg. P1* 25 ergo] *† add. sed del. P1* ultra] *con add.*
sed del. P2 28 infero quod] *corollarium add. in marg. P1* ; *supple per modum*
partis *† add. in marg. P1* 33 tertia propositio] *iter. in marg. P1*

potest formam substantialem creatam communicare alicui per modum constituive tertie rei dicte, quia forma substantialis est causa formalis compositi, ergo constituit compositum.

Corollarium quod compositum ex materia et forma est realiter
5 distinctum a partibus simul sumptis, cum compositum possit corrumpi partibus manentibus — hec de isto articulo, sequitur tertius articulus.

|| Tertius articulus

P1 25v

Circa tertium de ipsius posse sit prima propositio, quod Deus potest
communicare creature causalitatem qua una res convertitur in aliam.
10 Probatur sic: sit unus terminus datus finitus, puta A, et sit B duplus, tunc arguitur sic: A est causalitas communicata creature, et cum B non in infinitum excedat A, sequitur quod causalitas respectu B est communicabilis || creature. Sed motus quo una res convertitur in aliam
est finitus, ut suppono, ergo etc.

P2 54r

15 Corollarium: respectu cuiuslibet termini finiti possibile est causam secundam per causalitatem essentialem concurrere effective, et sic creature potest concurrere ad productionem prime materie.

Ex conclusione et corollario potest apparere quod Deus potest
convertere unam rem in aliam cum creatura data vel dabilis possit
20 hoc facere, quamvis non convertat unam rem in aliam per additionem gradus ad gradum realiter distinctum ab alio. Probatur sic, quia si ita esset, sequitur quod quodlibet quod cogitur vel videtur infinitis cognitionibus vel visionibus cognosceretur vel videretur, et ita idem simul et semel cognosceretur vel videretur intenssius vel remissius per
25 cognitionem intenssiorem vel remissiorem partem eius, cuius oppositum quilibet experitur.

Secunda propositio, quod primum necesse esse per suum agere
non potest unam latitudinem in aliam convertere per omnimodam ydemptitatem, quia si A transit in B per omnimodam ydemptitatem,
30 sequitur quod, sicut A est idem sibi ipsi, ita erit idem ipsi B, sed hoc claudit contradictionem, quia A potest non esse B, et econverso, et A non potest non esse A stante A.

Corollarium, quod contradictio est aliquam replicationem unitatis divine constitutivam alicuius speciei in alteram replicationem unitatis

4 corollarium] *iter. in marg. P1* 7 tertius articulus] *in marg. P1* 8 prima propositio] *iter. in marg. P1* 14 ergo] igitur P2 15 corollarium] *iter. in marg. P1* cuiuslibet] rei *add. sed del. P1* 17 productionem] creature *add. sed del. P2* 27 secunda propositio] secunda propositio *add. in marg. P1* 32 non²] *sup. lin. P1* 33 corollarium] corollarium *add. in marg. P1*

divine ex vi talis conversionis transire in omnimodam ydemptitatem alterius. Probatur sic, quia manifesta est distantia vel difformitas cuiuscumque replicationis divine ad aliam latitudinem alterius replicationis quasi unius gradus remissioris ad aliam intenssiorem
 5 eiusdem replicationis in eadem latitudine, sed in tali non potest fieri omnimoda conversio per omnimodam ydemptitatem, ergo etc. Et sic species inferior non potest converti in superiorem per omnimodam ydemptitatem, quod patet per conclusionem et corollarium.

10 Tertia propositio est quod primum necesse esse per suum agere in tali conversione agit quod terminus a quo secundum suum totum esse substantiale desinit esse. Probatur, quia terminus a quo convertitur in terminum ad quem, et non per omnimodam ydemptitatem, ut dictum est, igitur.

15 Infero quod terminus a quo talis conversionis, etsi sit terminus antiquus, tamen capit substantiale esse, aliter talis conversio esset accidentaliter ad aliquale vel aliquid esse, quod est falsum.

Secundo infero quod stat huiusmodi conversiones || quantumlibet variari sic idem terminus potest infinities capere esse substantialiter, sicut corpus Christi per diversas conversiones capit esse substantialiter.

P2 54v

20 Ex omnibus infero quod primum necesse esse per suum agere potest convertere totam latitudinem entis creabilis in latitudinem non entis que immediate est exclusive iuxta Deum. Hec de illa positione.

2 probatur sic] *iter. sed conl. P1* **9** tertia propositio] *iter. in marg. P1* **14** infero quod] *corollarium add. in marg. P1* **18** variari] *veniri P2*
21 latitudinem¹] *non add. sup. lin. sed del. P1* **22** exclusive] *exclusiva P2*
positione] Gregorius add. sed del. P2